

pulchritudine dicitur appropriari filio: propter perfectas et proportionatas representationes patris. Representat enim filius cum summa similitudine et equalitate. Ad unum autem et verum charitatis et verum ascribitur spiritui sancto. eo quod per ipsum et ab ipso omnia nobis donantur et inhiunt ad nostram utilitatem. Tertia propositio est haec. Quis pater et filius et spiritus sanctus unum sunt. non tamen dici debent unum. nisi cum additione ut dicatur unus deus. unum creator. Cuius ratio est. quod neutrum generat referat ad essentiam. ideo cum dicitur pater et filius et spiritus sanctus sunt unum intelligitur essentialiter. vel aliquid talium. Ad secundum vero genus refertur ad personam seu hypostasim. et non cum dicitur pater et filius et spiritus sanctus sunt unum. nisi fiat additio ut dicatur unus deus vel unum potens vel unus sciens. tolleret distinctionem personarum vel poneret ipsarum personarum. Et tamen de sententia in specialibus.

Utrum pater vel filius spiritus sancto diligatur diligere idem deo sit quod esse.

DI. XXXII

Hic oritur questio ex predictis deducta. dictum est enim supra atque sanctorum auctoritatibus ostensum quod spiritus sanctus est communio patris et filii et amor quo pater et filius se invicem diligunt. Ideo queritur. Utrum pater vel filius per spiritum sanctum diligatur? Ad utrumque videtur oportere dici secundum auctoritates suprapositas. quibus ostenditur spiritum sanctum esse quod genitum a signente diligatur. genitorumque suum diligat. Sed contra si pater vel filius dicatur diligere per spiritum sanctum. videtur esse per spiritum sanctum. quia non est aliud deo esse aliud diligere. sed idem. quod ut ait Augustinus in xv. libro de trinitate. Quia quid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur secundum essentiam est intelligendum. ut bonus magnus immortalis. sapiens diligens. et homo. Ideoque si pater vel filius diligit per spiritum sanctum. ipsum spiritum esse videtur. neque tamen essentia sua diligit. sed etiam dono.

Haec questio insolubilis est. humanum superans se sui tamen auctoritates sibi occurrunt.

Huic questionibus altitudine nimis. profunditas. praebeat id soluz rindemus quod Augustinus significare videtur. scilicet quod pater et filius se diligant et unitatem fuerit. non solum essentia sua. sed suo dono proprio. quod supra positum sit. tere rare cum non piget. quod sic expedit. Sicut Augustinus in xv. libro de trinitate. Manifestum est quod non aliquid duorum est quo uterque coniungitur quo genitorum a signente diligatur genitorumque suum diligat. sicut non patris patris. sed essentia sua neque dono superioris alicuius. sed suo proprio servantes unitatem pacis.

Ecce hic dicitur quod essentia sua et dono servant unitatem. Idem in xv. libro de trinitate. In illa trinitate quis audeat dicere patrem nec se nec

filium nec spiritum sanctum diligere. nisi per spiritum sanctum. Hic apte ostenditur patrem non tantum per spiritum sanctum diligere. Non autem simpliciter dicitur patrem non diligere per spiritum sanctum.

Utrum pater sit sapiens sapientia quam genuit. sic diligit amore quod ab ipso procedit.

Preterea diligenter investigari oportet utrum pater sapiens sit sapientia quam genuit que tamen filius est. Quod videtur a filio posse probari. Si enim pater diligit amore qui ab ipso procedit. cur non et sapientia vel intelligentia quam ipse genuit sapit vel intellegit? Hanc questionem videtur videtur. ut ait Augustinus in vi. libro de trinitate. quod scripsit apostolus dicens christi dei virtutem et dei sapientiam. Ubi queritur. utrum ita sit per sapientiam et virtutem suam. ut hac sapientia sapiens sit quam genuit. et hac virtute potens quam genuit? Sed absit ut ita sit. quod si hoc est ibi esse quod sapientiam. non illam sapientiam quam genuit sapiens dicitur pater. alioquin non ipsa ab illo sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quam genuit causa est illi ut sapiens sit. etiam ut sit ipsa illi causa est. quod fieri non potest. nisi gignendo eum aut faciendo. sed nec genitrice nec potatrice patris villo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanus? Ergo pater ipsa sapientia est qua sapiens est. Filius vero dicitur sapientia patris. et virtus patris. non quod pater per eum sit sapiens vel potens. sed quod filius sapientia et virtus est de patre sapientia et virtute. Et his quod pater quod pater non est sapiens sapientia genita. sed seipso sapientia ingenita.

Utrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita.

Post haec queritur solent a quibusdam utrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita? Si enim non est sapiens sapientia genita. nec seipso sapiens est. Si vero sapientia genita sapiens est. non videtur esse sapiens a patre. cum a patre habeat omnia. Ad quod dicitur quia una est sapientia patris et filii et spiritus sancti sicut una essentia. quod sapientia illi nature simplicitate est essentia. et tamen filius tamen est sapientia genita. et pater tamen est sapientia ingenita. vel a sapientia ingenita. Et cum ipse sit ibi esse quod sapientiam esse. relinquitur ut sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia dei tanquam ipse solus intelligens sit vel sapiens sibi et patri et spiritui sancto. quod ut ait Augustinus in xv. libro de trinitate.

hic determinat dices pater non esse sapientem sapientia quam genuit. Augustinus in li. lxxxiij. querit. Quis sapiens dicitur deus et sapientia sapiens dicitur sine qua cum vel fuisse aliquid. ut esse possit nephas credere. non participatione sapientie sapientis dicitur sicut aia quod et non est sapiens potest. quod ipse est genitum qua sapiens dicitur sapientia. Sicut dicitur patre dicitur sapientia. quod est alius obitatem testimonis. Hec hoc autem gustum corripit in li. retracta. inquit dicit in li. lxxxiij. questionibus de patre. quod est genitum qua sapiens dicitur sapientiam. Sed melius ista questione in li. pothea de trinitate tractat.